uincialis vel Frater cui poſtetatem,& vſum illius Breuis commiſiſſet, bene poteſt filios Hiſpanorum,& aliorum Baptizare citra neceſſitatem: cum limitationibus tamen ſupra poſitis, verbo, Abſolutio. §. 14. 24. &c. hoc eſt in populis vbi non eſt proprius Parochus. Idem tenet Paẽ Emanuel art. 4. iam citato. Paẽ Magiſter à Veracruce, verbo, Baptizare. conc. 3. aſſerit, apparere priuilegium quo Religioſi poſſunt Baptizare filios Hiſpanorum, vel AEthiopum, y Mulatos: illud autem eſſe iam citatũ Adriani 6. atq; ita id fieri poſſe, per Prouincialem, vel per Fratrem cui illius Breuis auctoritatem & poteſtatem commiſiſſet Prouincialis, & propria manu addit. Immo ſine Adriani Omnimoda poteſtate, ſunt priuilegia Nicolai. 4. Innocentij. 4. & Sixti. 4. & Ioan. 22. ad terras vbi ſunt Fideles & Infideles commixti: & hæc ſunt communicata in nouo Orbe per Clemẽtem 7. & Paulum. 3. ſpecialiter. Et idem Paulus. 3. ad omnes mundi partes, Religioſos ſuos facit Commiſſarios, & legatos: & obid poterunt circa Hiſpanos commorantes in populis Indorum Sacramenta miniſtrare: & nubentes benedicere, & Extremè vngere, ſine li-